

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Gracia m  
cum fonte primo

Gracia in tribus consistere arbitror:  
in odio preteritorum malorum,  
contemptu presencium bonorum,  
et desiderio futurorum.

Bernardus de libero arbitrio.

Est autem panis iste gratia promerendi,  
bona scilicet aeternae vitae,  
quam gratiam in tribus maxime constare arbitror:  
in odio praeteritorum malorum,  
et contemptu bonorum praesentium,  
et desiderio futurorum.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in dominica  
sexta post Pentecosten*, 2.6 (SBO 5, J. Leclercq,  
C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.213, ll.5-8).